

Gospel for the Feast of St. Peter Chrysologus

Tonus antiquior

Dominus vobiscum. *R.* Et cum spí-ritu tu-o. *V.* Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. *R.* Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Vos estis sal terræ.

Quod si sal evanú-erit, in quo sa-li-étur? Ad níhi-lum va-let ultra, ni-si ut


mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non po-

test cívi-tas abscondi supra montem pósi-ta. Neque accéndunt lucérnam,

et ponunt e-am sub módi-o, sed super cande-lábrum, ut lúce-at ómnibus

qui in domo sunt. Sic lúce-at lux vestra coram homínibus, ut víde-ant

ópera vestra bona, et glorí-ficent Patrem vestrum, qui in cælis est.



No-lí-te putáre, quóni-am veni sólvare legem, aut prophétas: non veni
 sólvare, sed adimplé-re. Amen quippe dico vobis, donec tránse-at cælum
 et terra, i-óta unum, aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómni-a
 fi-ant. Qui ergo sólverit unum de mandá-tis istis mínimis, et docú-erit
 sic hómnes, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fécerit, et
 docú-erit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.